Salutem in Christo crucifixo et resuscitato. De A°. 1567.
130)

Clarissime vir, Domine et amice venerande. Conflictatus saevissimis hostibus meis calculo, cholica et constipatione alvi, aliquantulum jam respiro. Interea hoc Waldnero scribendi ad vos negotii dederam, ut de idoneo aliquo ministro nobis destinando, inter exules forte aut alios cogitaretis: Si quis doctus est, pius, constans, doctrina nobiscum consentiens, non ad concionandum tantum, sed et disputandum, si necesse sit, mediocriter instructus, aliasque graviores Ecclesiae tractationes, in quibus quasi fidus athletes mihi adesset: Tali n. jam opus habet nostra Ecclesia. Deus est, qui mittit operarios in messem suam; sed et vos ejusdem Domini ac missio ejusdem fidos operarios, pro vestra in Ecclesiam pietate, et erga nos benevolentia rogamus, ut si quem noveritis apud vos, qui vestro judicio probatus sit, ei nostro quidem nomine deferatis hanc conditionem, et ad cognoscendam eius omnem rem jubeatis protinus sumptu nostro ipsum vel cum Schobero, cui has perferendas dedi, vel paulo post huc ad nos accedere, cumque Dominis coram reliqua transigere. Hellerus hic antiquum obtinet, quod aperte non potest vel non audet, occulte machinatur, nec est leve periculum huic Ecclesiae ab isto homine: Heri mihi dictum est, eum etiam famosas chartas de me spargere, ut si qua est autoritas in hac Ecclesia, vel sic labefactet. Praetorium prius ad se allexerat, nunc alios tentat: Malus nequam est praetoris nunc Eshinge diaconum agit, et D. Jac. And. pulchre assentat, ... fratres Austriaci non optime inter se conveniunt, multa movent, post pedem referunt, et quod me valde male habet, hoc nescio qua singularitate quadam quidam ipsam conf. Aug. Apologiam, Catechesin Luth., et omnes fere alias Ecclesias accusant, ut qui soli sapiant, quodque videant de necessariis, proponant. Magistros malis consiliis et conatibus inimicis fuit occasione dant, hos spiritum apud nos quaerit, et vocatione aliam. Novum in-

terim paratum jam est, temp9 promulgandi idoneum tum non est, victoriq Amberga est in admiratione et statione vexandi miseros pastores. Ap: bavarq capita publicæ deliberationis in Imperio proposuit, de contributione facienda in Turcos et Gothanos: De Deo et religione nulla ne mentio quidem, Legati adsunt non omnium ordinum omnes, singulorum ferè paucis. principes planè nulli, quod ægre ferens Bavarq, et ipse abitum parat; Rumor est Gothanos dedisse jam Grumpachium, sive prætendisse et cogitare de deditione pacem redimendam; Belgica sunt satis turbulenta. Nos liberè sententiam in corruptelas omnes dicimq, et ictq diaboli veteres expectamq. Eisenq: aulicum concionatorē hic habemq. qui bellè novit papisticos errores excusare et pingere. Centurias historiæ Ecclesiasticæ oppositas Monacensem invectivam in te et fal. And: de coenæ variis speciei et Harbusium nuper te accepisse spero, cujq unum tantum illud exemplar hactenq nacti sumq. Fremit undiq Satan, sed vivit Christq, et nos vivemq, vale feliciss. mi Dne, prestantiss. mi Spangebergii saluta reverenter D. Mencelium et reliquos fratres, inter Mart Wolfram nostrum, de quo tum scribit cogitatio si Ecclesiæ inservire operam possit aut velit, sed sapientiss. Dno consilio permittimq oia. Ratisp: 15. April: 1567.

T. Excell:

Nicolaq Gallus.